

- Beispielhafter Auszug aus der digitalisierten Fassung im Format PDF -


# Hippocratis Coi medicorum omnium sine controversia principis Aphorismoru[m] sectiones septem

---

Leonhart Fuchs

Die Digitalisierung dieses Werkes erfolgte im Rahmen des Projektes BioLib ([www.BioLib.de](http://www.BioLib.de)).

Die Bilddateien wurden im Rahmen des Projektes Virtuelle Fachbibliothek Biologie (ViFaBio) durch die [Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg \(Frankfurt am Main\)](#) in das Format PDF überführt, archiviert und zugänglich gemacht.





Veritas nunc habet  
aspav von Effebach

# Hippocratis Coi

MEDICORVM OMNIVM SI-  
ne controuersia principis Aphorismorū se-  
Eliones septem, recens c̄ Græco in Latinum  
sermonem conuersæ, & luculentissimis, iis-  
demq; breuissimis Commentariis illustratæ  
& expositæ: adiectis Annotationibus, in  
quibus quotquot sunt in Galeni Com-  
mentariis loci difficiles, ad vn-  
guem explicantur:

PER LEONHARTVM FVCH-  
sium scholæ medicæ Tubingen-  
sis professorem publicum.

Post Phœbila mibis

P A R I S I I S,



Apud Iacobum Bogardum, sub insigni D.  
Christophori, è regione gymnasij  
Cameracensium.

I S 4 S.

Cornelius Lindt ex donatione facit  
Lüninghauser et alii.

Z

*cat. 2. 4. 1892. 45*

AMPLISSIMO EXIMIO QVE  
patri ac Domino D. Ioanni Prechto  
Abbati in Salmersueiler, Domi-  
no suo plurimum obseruando,  
Leonhartus Fuchsius Me-  
dicus S. P. D.

Occasio  
scribedo,  
rū Commē  
tariorum.

**Q**V V M annis abhinc tribus, amplissime pa-  
ter, vicinos vndique agros pestilentia depo-  
pularetur, ac tandem T ubingam etiam in-  
uaderet, factum est ut non tantum omnium  
professionum studiosi, quo ab immani hac  
lue tuti essent, sed & ipsi professores alio concesserint, a-  
deoque schola nostra tota dissipata sit. Quapropter & ego  
propter copiosam familiā relīcta T ubinga, alias sedes, vbi  
salubrior esset aura, quærere coactus sum, concepta tamen  
aliqua spe vt exacta hyeme domum redire liceret. Verūm  
quum vltra spem nostram pestilentiae contagio serperet, &  
in integrum ferè biennium protraheretur, interea tempo-  
ris me aliquot medicinæ studiosi secuti sunt, efflagitantes,  
vt in hoc otio, quod inuitis nobis dabatur, illis aliquod  
Hippocratis scriptum priuatim enarrarem. Postulatis qui-  
dem eorum, vtpote honestis & rectis, lubens parvi, preser-  
tim quod & mihi perpetuo hoc in otio, lāguere & hebesce-  
re non tantum molestum erat, sed & parum æquum hone-  
stumque esse videbatur. Quum verò inter omnia Hippo-  
cratis monumenta nullum, quod iisdein hoc tempore enar-  
randum proponerem, aphorismorum libris magis esse ido-  
neum iudicarem, cœpi pro mea tenuitate quàm potui dili-  
gentissimè eosdem explicare, Galeni passim etiam adhibitis  
Commentariis. Nec domum redire per pestem, quòd con-  
tagiones eius longius durarent, licuit, donec omnes ferè  
absolueremus. Absolutos tandem, quum plerique vt eosdē  
in communem studiosorum usum publicarem, crebris effla-  
gitationibus urgerent, iterum in manus sumo, ac retexo, vt  
aliqua

# N V N C V P A T O R I A.

aliqua saltem ex parte magis exculti & expoliti in manus studiosorum peruenirent, Oporinóque viro erudito & industrio excudendos trado. Atque hęc quidem consilij & instituti nostri ratio fuit, quod scio plerosque, tanquam intile & superuacaneum, sugillaturos esse, eo quod multorū hodie in hos Hippocratis libros extent prolixī Commentarij, adeò ut meos accedere perinde sit, ac si quis mari aquā affundat. Inter Græcos enim, eos saltem quorum scripta su- persunt, Galenus, & post hunc Philotheus, eum laborem non infeliciter suscepérūt. Extant etiam in hos libros Ori- basij commentarij. Ex barbarorum medicorum turba Hu- go Senensis, & Iacobus Foroliuiensis aphorismos Hippo- cratis iampridem interpretati sunt. Præterea nuper Anto- nius Musa Brasauolus ita prolixos in aphorismos illos Cō- mentarios edidit, ut non videatur aliis vllum deinceps cō- mentandi locum reliquum fecisse. Quare ut eorundem re- prehensioni aliqua ex parte occurramus, atque falsam ex illorum animis de nobis conceptam opinionem euellamus, paulò prolixius instituti ac consilij nostri rationem tuea- mur necesse erit. Et quod ad Galeni quidem Commētarios attinet, fatemur eosdē sanè optimos esse, adeoque ab omnibus legendos & cognoscendos: tamē quū constet eos inter- dū succinctiores esse quām vt omnibus satisfacere queant, aut inuolutores quām vt à singulis intelligātur, horū rudi tati consulere cupientes, nostra quoq; post tati viri enarra- tiones vt accederet explicatio, curauimus, vt eiusdē ope & auxilio Hippocratis germanā' passim assequerētur sentētiā. In quibus tamē vnicē cauimus, ne illa quæ in Cōmentariis Galeni essent abūdē dicta & exposita, repeteremus. Atque hinc est q̄ toties in nostris explicationibus ad Galeni Cō- mentarios ablegemus lectorē. Cæterū ne illos in Gale- ni Commentariis aliquid remoraretur, annotationes etiam breues & perspicuas adiecinus, in quibus loca in illis diffi- cilia omnia enarrauimus. Philotheum certe Gr̄ecum inte- grum nondum vidi, vt de illius scripto in præsentia quid censeam disertē exponere haud queam. quantum tamen ex fragmentis iis quæ Musa suis Commentariis passim asper- fit, iudicare possum, non inutile scriptum puto: quanquam non semper Hippocratis germanū sensum nobis ob- cu-

a ij



## E P I S T O L A:

los ponat, ideoque fit ut aliquoties in iis nostris Commentariis ab eodem dissentiamus. Quare quum nondum, quod sciam, latinitate donatus sit Philotheus, neque etiam vndeque Hippocratis mentem satis expresserit, non erat cur illius scriptum, consilium nostrum turbare aut impedire pa-

**Commentaria** teremur. Commentarios qui Oribasij nomine circunferuntur esse spurios & adulterinos, noti<sup>9</sup> ferè est, quām vt à me basii nomi demonstrari debeat. **Quis enim** credat, Oribasium, quem ne circum Galeni studiosissimum fuisse constat, tam absurdā & multis modis ab illius placitis abhorrentia, suis Commentariis inferere voluisse? Cui & hoc planè adamantinum accedit argumentum, quòd istorum Commentariorum autor, quisquis tādem fuerit, Ptolemæi Euergetis temporibus vixerit. **Quo tempore** quenadmodum ipsem in præfatione eius operis palam testimoniatur, dum inter cætera sic scribit: Ego ipse Commentarios eorum conscripsi monente Ptolemæo Euergete. Si igitur huius mentario, Ptolemæi temporibus prædicti Commentarij conscripti sunt, fieri non potest ut ad Oribasium autorem recte referantur, vtpote quem sub Iuliano clarissim, adeoque annis plus quām sexentis post Ptolemæum Euergetem vixisse, ex historiis clarum fit. Præterea in Commentario 39. secundi libri, Virgilij carmen & Terentij comedias ægrotantibus legendas esse hortatur, quorum vterque multis seculis Oribasium præcessit. Teretus enim Ptolemæi Euergetis, Virgilius autem Iulij Cæsaris ætate floruit. Atque hinc etiam suspicio nascitur, hos Commentarios non à Græco homine, vtpote quem non est verisimile Latinorum autorum, sed potius Homeri & Aristophanis mentione delectatum fuisse, scriptos esse. Quod miror cur Andernacus, qui primus quod sciam, hos Commentarios Oribasio adscripsit, non animaduerterit. Ego quidem hos Commentarios ante annos plus minus triginta, sed parum latinos, transcripsi. quos Petrus Bucardus, olim præceptor noster, quum Ratisbonæ in quadam Iudeorum Bibliotheca inuenisset, hoc nomine Iudæi Commentarios appellauit. **Quicunque** igitur horum Commentariorū autor sit, certè luce meridiana clarus est, Oribasium non esse. **Quum** verò is etiam in explanandis Hippocratis sententiis mirificè ineptierit, non erat cur nos ab instituto nostro reuocare potuerit. **Quanti faciendæ** sint

Petrus Bucardus.

Hugonis

Hugonis & Foroliuiensis in hos Aphorismorum libros e- **Hugonis**  
 narrationes, omnes verè docti sciunt & intelligunt. Quum & Foroli,  
 enim linguae eius autoris quem explicandum suscepereunt, uiens̄ cō  
 rudes planè & ignari fuerint, non est cur illum recte & cā- mentariū.  
 didē enarrare potuerint. Et certe ineptæ ac ridiculæ eorum  
 multis in locis expositiones, quām nihil eorum quæ  
 Hippocrates scripsit intellexerint, abundē testantur. Non  
 debuerunt itaque nos ab instituto cursu reuocare istorum  
 hominum intulsi Commentarij, vt pote quos è scholis me-  
 dicorum, cum illorum asseclis præstat totos eiici & explo-  
 di, quām magno detrimēto studiosorum manibus teri. An-  
 tonij Musæ Brasauoli Commentarij satis quidem prolixij **Antonii**  
 sunt, id quod minime mirum est: quandoquidem vnam & **Musæ**  
 eandem rem, magno legentium tædio, ter repetat. verum **Brasauoli**  
 quum non raro in iis à germana Hippocratis sententia il- **commen-**  
 lum aberrare, & sibi ipsi etiam interdum pugnantia scribe- **tarii.**  
 re animaduerterimus, vt in publicū post ipsius nostræ quo-  
 que Enarrationes exirent, voluimus, vt scilicet ex iis veri-  
 tatis amantes sole clarius cernerent, quantum ille multis in  
 locis de veritatis tramite deflexerit. Nemo autem velim ex-  
 istimet, me virum hunc, quem propter communia studia  
 plurimum amo, magnique facio, ideo reprehendisse toties  
 quod eum oderim, aut de eius existimatione aliquid detra-  
 here voluerim: longe enim absurum ab illorum ingenio, qui  
 ex aliorum bonoru viroru reprehensionibus sibi nescio quā  
 laudem ac gloriam comparare student: sed potius vt mone-  
 rem parum peritos, ne imprudē singula quæ ille in com-  
 mētariis suis promit, tanquā Delphica oracula suspiciāt, &  
 admarentur. Quare hoc sibi planè persuadeant omnes ve-  
 lim, me nullis inuidiæ aut liuoris stimulis, sed veritatis po-  
 tius amore ac studio, qua nobis nihil antiquius, vt omnes  
 tam sacrae quām prophanae attestantur literæ, esse debet, im-  
 pulsum fuisse, vt passim Musæ enarrationes improbauerim.  
 Et quidem spero, Musam, nostram hanc censuram non æ-  
 grē laturum: maximè quum etiam ipse s̄epius à Leonice-  
 no & Manardo, viris doctissimis & præceptoribus suis, dis-  
 sentiat. Libera enim esse debet bonoru & doctorum viroru  
 iudicia. Quum itaque nemo illorum qui post Galenū Hip-  
 pocratis aphorismos explicare aggressi sunt, mihi omni ex  
 a iij parte

## E P I S T O L A.

parte satisfecerit, meas quoque de iis qualescumque has cogitationes in studiosorum commodum edere volui. Neque puto hunc laborem temerè esse à me susceptum, quum quā plurimas sententias secus quām alij interpretes fecerint, exposuerim : id quod ex collatione studiosi manifestè deprehendent. Quinetiam spero, his meis ex positionibus, si nullo alio, hoc saltem nomine quod breues, luculentæ, & perspicuæ sint, apud veritatis studiosos me gratiam initurum aliquam. Inutiles enim & ociosas disputationes, quibus plerique impense delectantur, omnes rescidi: ea tantum quæ ad germanam Hippocratis sententiam scrutandam cōducunt, proferre contentus. Ut autem nostræ explicationes rectius à studiosis assequerentur, Græcas quoque Hippocratis sententias Commentariis præmisimus : quas etiam in latinum conuertinius sermonem, multis quidem in locis aliter, & ut confido melius, quām sint à Leoniceno redditæ. In summa, dedimus strenuam operam, vt tales essent Commentarij nostri, vnde aliquid frugis ad studiosos peruenire posset : ad quorum quidem commoditatem omnia mea dirigo studia, directurūsq; sum quoad mihi per Dei misericordiā esse superstiti contigerit. Nec ab hoc instituto patiemur nos auocare leonem illum rugientem, ac fœnum in cornu habentē, naribūsque aduncis nimium indulgentem: qui me nihil tali de se meritum, per hominum ora, quadam in præfatione traducere voluit, quasi aliud non agam, quām quod furtū & rapinis me subdole sustentem. Scio quidem illi has caluniatrixes voces inuidiam extorsisse: quæ quantum hunc exagit, iniqua eius de multis bonis, doctis, atque de studiis optimè meritis viris iudicia abūdè testantur. Optarem itaque, vt furor illi, quo per interualla agitari videtur, frenū imponeret, iracundiāmque illam plusquām caninam reprimet: planēq; sibi persuaderet fieri non posse, vt ex iniusta aliorum reprehensione aliquid laudis sibi comparet, imò hac ratione se magis in multorum bonorum virorum venire odium. Præstaret igitur, mea quidem sententia, vt toto animo & studio omni in hanc curam incumberet, vt pro collata sibi diuinitus gratia medicinam, aliasque artes strenuè iuuaret, cæterosque qui idem facere pro virili sua conantur, præ se non contemneret, sed eosdem potius

**Respondebat**  
**calumnias**  
**cuiusdam**  
**nudi.**

exoscu-

exoscularetur, atque ut secum strenue pergent adhortaretur, ut collatis ita mutuis operis barbaries omnis profligaretur, explodereturque. Quod ad me quidem attinet, veterum & recentium etiam quorundam scriptis me esse adiutum ingenuè fateor, neque quoad viuam, fateri desinam. Proinde eorundem semper in meis vigiliis honorificam feci nominatim mentionem, aut saltem in præfationibus ipsis eorum opera me esse adiutum, disertè testatus sum. In primis autem Hippocratis, Galeni, aliorumque veterum testimoniis libenter vtor, meaque omnia, quoad fieri potest, ad ipsorum dogmata refero. Neque enim temere noui alicuius placiti, quod pleriq; hodie faciunt, autor ero. Quin eos potius, si qua in parte obscuriores sunt, aut minus recte sensisse videntur, candidè interpretabor, honestisque rationibus excusabo. Non est vero cur conuiciator ille se solum apem, reliquos autem omnes fucos, aut potius fungos, esse credat. Si enim sibi suum mellificium ex veterum floribus apis instar, concinnare licuit, qui sit ut aliis hoc ius mellificandi præripiat? An non aliis quoque hac ratione sua parare mellifacia licebit? Nisi fortassis, quod censeo, hoc sibi certò persuaserit, se solù in Galeni aliorūque veterum penetralia esse admissum, reliquos autē omnes ad vnum exclusos. Atqui fallitur sane plurimum, nimiūque φιλαγαθία, sibi imponit. Me quidem sciat non esse tam stupidum, neque rerum medicarum ita ignarum, ut mihi à suo aut alterius mellificio pendendum sit. Non desunt nobis neque artes, neque rationes, quibus & nobis nostra parare queamus honeste mellifacia, neq; opus est ut fuci instar, alienis perpetuò fruamur. Præterea est mihi Galenus æquè notus ac illi, vtpote quem nunc annis plus vndecim perpetuis, non tantum domi & inter priuatos parietes sedulò & diligenter lego, verùm etiam publicè quotidie enarro. Quare si in nostris scriptis reperit, quæ consentanea sunt iis quæ in suis prodidit Commentariis, non oportebat dicere statim furtum, sed potius doctrinæ aliquam confessionem, atq; adeò ex eodem autore, cuius vterque studiosus est, illa hausta esse. Quomodo autē de illo male meritus sim, quum de eius conuersationibus & studiis semper honorificè senserim, locutus sim, & scripserim, eoque nomine quorundam in me magnum odium concitata.

## EPISTOLA

rim, non video: nisi illi placeat perpetuò ingratum esse, malumque pro bono reddere. Potuissem quidem hactenus, nisi pacis & concordiae amans fuisse, ex illius Commentariis loca aliquot proferre, atque quam manifestis erroribus essent inuoluta, ostendere: at propter communia studia, & quod parum utiles esse has contentiones ac rixas cognoscenti, silentio eadem transire malui, quam acerbius insectari. Neque etiam mihi graue fuisset, plerasque illius cauillationes deuorare, modò iis non addidisset atrocia conuicia, quae sine existimationis & famæ nostræ iactura ferenda diutius non erant. Satis autem sit in præsentia docuisse, quod furtum nobis falsò obiecerit: nisi furtum appelle, veterum & aliorum etiam interdum, testimoniis vti, & eorundem inuenta suis addere. Quod si facit, ipse suo quidem iudicio furtum maximus sit necesse erit. Nam si ex suis Commentariis ea quæ ex Plinio, Dioscoride, Galeno, AEtio, Paulo, & aliis transcripsit, exemeris, quid rogo reliqui erit? Nunquam tamē in eam rapiar demētiam, vt in iis conscribendis eius non ynicè operam & diligentiam probem. Vt cunque euim veterum scriptis tua exornes, ac polias, iudicio tamen opus erit vt illis commodè & in loco utaris, atque ne falsa pro veris arripias, ac singula ridiculè tuis inseras. Hęc itaq; pro nominis nostri existimatione tuenda & tegenda, obiter dicere nunc volui. Nam bona quidem spes est, annos furem illum non nihil repressuros esse, maximè quum maledicendi studium nulla prouersus sequatur commoditas. Quod si tamen perget male loqui, fortè peius audiet. Ad institutum igitur nostrum reuertentes, hos nostros in Hippocratis aphorismos Commentarios, quos in communem studiorum usum ea qua potuimus diligentia exarauimus, auspicio nominis tui, Pater amplissime, publicahdos esse ea potissimum de causa duximus, vt ita tibi, qui nuper in excelsum, propter excellentes tuas virtutes, honorū fastigium confcedisti, cōgratulādi mihi daretur occasio. Ut autē tibi cōgratularer, non parum me impellit spes illa, quam de te, concepi sanè optimam: in spem siquidem certā venio, te in hoc honoris gradu constitutum, plurimum tum ecclesiæ, tū literarum studiis profuturum. Neque enim puto à fratribus tuis Basilio & Georgio, viris doctrina & prudentia claris, quicquam

... und die nächsten 10 Seiten ...  
... and the next 10 pages ...

## IN HIPPOCRAT. APHORIS.

& ipse sanguinis vomitus cessat. quod Hippocrates loco iam citato iis verbis testatur: Mulieri, inquit, sanguiné euomen-  
ti, menstruis erumpentibus, solutio fit. Cæterum dictionem  
Suprà, necessariò, vt dictum est, per os interpretamur, vt ni-  
mirum hac ratione sanguinis è narib. profluuium excluda-  
mus, quod magna ex parte est iudicatorium, atque adeò bo-  
num, & minime malum. Hinc est quod Hippo. infrà, sect. sci-  
licet s. Aphor. 33. dixerit: Menstruis deficientib. sanguis è na-  
rib. promanans, bonum. Quod si vero nigra infrà deiiciun-  
tur, bonum est. Sic enim, vt in contextu Græcorum est ver-  
borū, legēdum. vel in eum modum, κάτω ἢ τὰ μέλανα ὑπο-  
χωρέουσαι αὐγαθόμ. Non autem simpliciter, κάτω ἢ αὐγαθόμ.  
Infrà autem Galenus & Philotheus interpretantur, per hæ-  
morrhoidas. Bonū vero, ἀμενοψ, id est melius. Per hæmor-  
rhoidum enim profluuium melancholicus humor quem ho-  
minis natura coaceruauit, vacuatur. Quod Hippocrates etiā  
6. aph. 11 infrà iis significare verbis voluit: Atra bile vexatis, hæmor-  
rhoides superuenientes, bonū. Huic lectioni Galenus in Cō-  
mentariis subscribit. Sunt exemplaria in quib. ita legitur,  
κάτω ἢ αὐγαθόμ, καὶ τὰ μέλανα δια χωρίμασαι κακόμ, infrà au-  
tem bonum: hoc est per hæmorrhoidas, melius. Et nigræ de-  
iectiones, malum, vt dictum est suprà, nempe Aphor. 21. si-  
gnificant. Atque hæc quidem lectio manifeste hæmorrhoi-  
das à nigris per aluum deiectionibus distinguit.

**ANNOTATIONES IN GALENI COMMENTARIOS.**

**Aldinus codex e-meditatus.** De nigris deiectionibus sermo, &c.) Recte sanè hunc in modum Galeni verba est interpretatus Leonicenus, nō obstante quod in Aldino codice locus ille sit depravatus. Desiderantur enim illic aliqua, hæc nimirum verba, θια χωρημέδatus. μάτωμ μελάνωμ. νῦν ἢ τερί τῶν. Proinde Galeni verba ita legenda erunt, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς ὁ λόγος αὐτῷ γέγονε τερί τῶν θια χωρημάτωμ μελάνωμ. νῦν ἢ τερί τῶν θλιτὰ σόματος, &c. Disrupti sanguinis.) Græcè, πρόπορ αἷμορ-αιμορ-ράγια. ῥαγιόμ, per modum copiosi & cum impetu fluentis sanguinis. Est enim αἷμορῥαγία, ut testis est Definitionum libri aucto-ρος, αἷματος λάθρος ἐν χυστις, copiosa sanguinis effusio. Malum.) Græcè, ιάνισομ, pessimum. In Epidemiis.) Libro ni- mirum 6. part. 5. Aphor. 25. ubi ita scriptum reliquit: Ab atra

atra bile liberant, quia simile per eas profuit, hæmorrhoides. De sanguine ex venis quod hæmorrhoidas.) Græcè, ἀντὶ τῶν αἷμαρροῖς θωρ, de hæmorrhoidibus. Tanquam sanatae melachol.) Græcè, ὡς ἰωμένωμ τὰ μελαγχολικὰ πάθη, tanquam sanantibus melancholica mala. Quod libro sexto Epidem. part. tertia Aphorist. 29. etiam monstrauit Hippocrates, ita scribens: Hæmorrhoides habentes neque laterum doloribus, neque pulmonis inflammatione, neque depascéti vlcere, neque furunculis, neque terminthis, neque lepra, neque alphis corripiuntur. Et seq. 5. Aphor. 11. Atra bile vexatis, & renum malis, hæmorrhoides superuenientes bonum. Per hæmorrhoidem.) Græcè δί αἷμαρροῖς θωρ, per hæmorrhoides. Siue supra modum.) Si enim plus quam oporteat sanguinis per hæmorrhoidas profluxerit, iecur refrigeratur, atque adeò hydrops subsequitur. Si vero ex toto supprimatur, itidem hydrops, aut tabes consequitur, quemadmodum testatur Hippocrates, qui ita scriptum reliquit: A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si una non seruatur, periculum est aquam inter cutem vel tabem aduenire.

## A P H O R I S M V S X X V I .

Ἔπειτα διυστήριν εχομένω, οὐοιαὶ ἄμφοτες επωχωρίσωσι, θανάσιμοι.

Si ei qui difficultate intestinorum affigitur, veluti carnes per inferiora exierint, letale.

**D**ifficultas intestinorū letalis qua ratione cognosci queat, hoc in Aphorismo docet, inquiens. Si ei *Dysenteria* letalis qui intestinorum difficultate laborat, partes intestinorum adeò magnæ excernuntur, ut carnis effigiem præse ferant, letale est. Tanta enim tum erit exultatio, ut neque caro coalescere, neque cicatrix, ut Galenus ait, obduci possit.

A N N O T A T I O N E S I N G A -  
leni Commentarios.

¶ Adhuc constituuntur.) Græcè, ἔτι μὲν συνιστολῆς, quum iam fiunt. Abiecta.) Græcè est, ἀπορρίπτομενς, abrasa.

Horum superficie interiore.) Intestina enim, ut testatur Galenus libro 4. de Ysu par. corp. humani, duabus constant tunicis,

## IN HIPPOCRAT. APHORIS.

tunicis, externa carnosiore, & interna membranosoire. Du<sup>s</sup>  
**Tunicæ in** plices autem factæ sunt, partim ut excretoria facultas ipso-  
testinorum esset validior, partim ut hæc ipsa instrumenta minus af-  
ficerentur. Nam aliquando interior per dysenteriam, aliā-  
que pathemata diurna putrescit, interiore salua. ideoque  
tum accidit, ut interdum ægroti mortis periculum euadant.  
Recte igitur Hippocrates dixit carúculas in dysenteria ex-  
cretas letale esse signum. Quippe alteram, adeoque exter-  
nam quoque tunicam esse lariam & corruptam significant.

### APHORISMVS XXVII.

Ωνόσοισιμοὶ τοῖσι θυρετοῖσιμοι αἵμορράγεις οὐκ  
δος ὁ νοθενθῆμ, εἰ τῇσι μάναλή φεσι, τύλεοισιμοί οὐκ  
αλλαὶ καθηραίνονται.

Quibus per febres sanguis alicunde large & im-  
petu cruperit, iis quū reficiuntur alui humectatur.

**P**ost sanguinis copiosi per febres eruptionem, inter-  
dum aluos humectari hac sententia docet Hippocra-  
tes. Fit autem id ipsum non tantum in febribus, sed &  
aliis morbis. Febrium vero potissimum mentionem  
facit Hippocrates, quod hæ ipsæ magna ex parte, præsertim  
vbi ardentes fuerint, Galeno libro 3. de Iudiciis cap. 3. teste,  
per sanguinis è naribus eruptionem iudicetur. Non autem  
temere inquit οὐκέτος, hoc est multitudo sanguinis: quippe  
si exiguus est sanguis qui profluxit, non est necesse ut sub-  
inde aluus humectetur. Neque enim tum calor naturalis im-  
becillus fit, ut si sanguis largè & cù impetu effluxerit. Quia  
ut paulatim profluit, ita etiam virtus ipsa paulatim refici po-  
test, quemadmodum Hippocrates ipse suprà docuit, dicens:  
2. aph. 7. Quæ longiore spacio temporis extenuata sunt corpora, len-  
tè reficere oportet. Quæ vero breui, celeriter. In Commen-  
itaque Galeni vbi Græcè est, διὰ τὴν αἷμορράγιαν, conuer-  
tendum erit, ex copioso sanguinis profluvio, & non simpli-  
citer, ut interpres fecit, sanguinis profluvio. Alicunde, siue  
id è naribus, ut in febribus magna ex parte accidit, siue per  
vterum, siue hæmorrhoidas fiat, quum reficiuntur iam è mor-  
bo conualescentes, iis alui humectantur, propter alimenta  
quæ minus bene concocta in ventre moratur, neque in cor-  
pus

pus distribuuntur. Quod quidem accidere solet, ubi plus ciborum assumptum fuerit, quam natura euincere queat. Vbi vero sensim reficiuntur, neque plus quam natura concoquere & distribuere possit, ingerunt, non est necesse ut tum alius humectetur. Repetitur haec sententia libro 3. Prorrheto-  
rum Aphoris. 40. iis verbis: Quibus sanguinis eruptio mul-  
ta fuerit, procedente tempore alius male afficitur, si non vri-  
na concocta fuerit. Nam verbo ουκερθύται, id est male affi-  
citur, complectitur, & humectatur, & quemque in ventre  
perperam fiunt: aliis quidem morsis, aliis inflatis, vel rustu  
acido correptis, vel prorsus non concoquentibus. Omnia e-  
nim haec caloris natui inopiam consequuntur, ob quam &  
vrina aquosa esse apparet.

## A P H O R I S M V S X X V I I I .

Οιόσοισι χολώδεα τὰ δραχωρίματα, καφώ-  
σιος γενομένης ταύται. καὶ οιόσοισι κάφωσις, χο-  
λωδέωρ γενομένωμ ταύται.

Quibus biliosæ deiectiones sunt, iis surditate superueniente, desinunt. Et quibus surditas præcedit, iis biliosis deiectionibus superuenientibus, finitur.

**H**ippocrates hoc in Aphorismo, de surditate quæ fa-  
cile soluitur, agit: docetque hanc fieri ob retentas facile se-  
biliosas deiectiones: & vicissim solui, ubi illæ su-  
peruenerint. Loqui autem illum de surditate quæ  
nō est stabilis, facile è verbo ἐπιγιγνομένης colligitur. Fit au-  
tem à flava bile quæ ad cerebrū recurrit, quod humor sit fa-  
cile mobilis. A pituita enim generata surditas stabilior est,  
quod is humor crassus & tenax sit. Nihil itaque mirū, surdi-  
tate ex recursu bilis ad cerebrum facta, biliosas deiectiones  
desinere. Quod si vero biliosæ deiectiones surditatē sequan-  
tur, necesse erit ut biliosa materia è supnis ad inferiora trāsl-  
lata, surditas cesseret. Porro & si magna ex parte accidit, ut sur-  
ditas in febribus orta per biliosas deiectiones cesseret, tamen  
soluitur etiam aliis nonnunquam modis, quemadmodum  
in libello cui titulus est, De morborum decretorio, testatur  
Hippocrates inquiens: Quibus in febribus aures surdescut, ij ne-

## IN HIPPOCRAT. APHORIS.

ij necessariò febre non discussa delirant: quod quidem deli-  
rium sanguis è naribus fluens soluit, vel si venter solutus bi-  
liosa demittat, vel si difficultas intestinorū superueniat, vel  
coxendicum, vel genuum dolor.

## ANNOTATIONES IN COM- MENTARIOS Galeni.

**Affectus** *ἐπιχείρει.* Non de ea quæ habitu diffic.) Grècè, τὸν ἔξει πάσα-  
λύται: non de ea quæ stabilis est, & difficulter soluitur. Sunt  
enim duplices affectus corporis. Quidam leuiter in corpore  
nostrō hærent, & facile soluuntur, Græcisque ἐν χείραις θεά-  
θεται dicuntur. Quidam in habitu abeunt, & difficulter solu-  
tur, iisdemque ἐν χείραις καθ' ἔξει vocantur. Hinc febres, quæ  
**Febres** *βεβλικæ* non nisi difficulter soluuntur illis ἐκτικοῖ, sicuti contrà quæ  
facile, χετικοὶ nominantur. Testis Galenus libro 8. Ther.  
metho. cap. 1.

## APHORISMVS XXXIX.

Οὐόσοισι μὲν τοῖσι τυρετοῖσι μὲνταίσισι μὲντοις  
ρίγεα γίνονται, μέντηται.

Quibus in febribus sexto die rigores fiūt, ij difficile iudicium afferunt.

**Rigores** *sexto die* *orti malū portedūt.* **R**Igorem sexto die in febribus ortum, hoc in Apho-  
rismo, veluti eum qui morbum non iudicat, dam-  
nat. Per rigorem autem hic intelligere oportet,  
inæqualem vniuersi corporis cōcussionē & qua-  
sationem: sic enim rigorem Galenus lib. 1. de Sympt. causis.  
*Rigor.* cap. vltimo definit. Quod vt moneamus hoc loco, propter  
Cornelium Celsum necesse est. Is enim rigoris voce in alia  
significatione utitur, nempe pro ea conuulsionis specie, quæ  
Græcis τῆλειος, & interpretibus latinis distensio dicitur.  
Quod autem Hippocrates ρίγος appellare solet, hoc ille hor-  
rorē algorēmque interpretatur. Sed oportet nos à Celsi in-  
terpretatione recedere duplii de causa. Primo propter diu-  
tinam consuetudinem scholarum, quæ hac in significatione  
voce rigoris multis iam annis usitare sunt. Dein, quia nisi idip-  
sum faciamus, latina voce, qua Græcorum exprimamus φρί-  
γίγος & καρπο, destituemur. Differre autem ρίγος & φρίγη, manifestis-  
φρίγη dif- simum fit ex iis quæ scribit Galenus lib. 10. The. metho.ca-  
ferunt. 4. Et lib. 2. de Sympt. causis, cap. 7. non obstante quod ex  
eadem

eadem causa, nempe mordacibus & acribus excrementis generentur. ἥγες enim, rigóre latinis, fit, ubi eorundem acri- monia & impetus celeritas intendútur, tum copia maior, & ἥγες laboratis virium infirmitas est. φρίκη autem, seu horror, ori- tur, ubi & qualitas prædictorum, & impetus velocitas remis- fior, tum copia minor, & robur tristanti obsistit. Causas vero rigoris copiose docet loco iam citato Galenius. Et lib. 2. de Iudiciis cap. 3. Quibus itaque, inquit Hippocrates, in febribus, & iis quidem continuis, sextum diem attingentibus ri- gores accidunt, οὐσκῆλα sunt, hoc est κακή ἐπιφέρει νοσία, difficile afferunt iudicium, aut sunt mali iudicij. Sed quæ ad huius distinctionis dieique sexti rationē attinent, in Commentariis Galeni abundè explicantur. Non autem temerè à no- bis ante a dictum est, rigores sextanos in continuis febribus malum portendere iudicium: in intermittētibus enim quo- tidianis quamvis rigores sexto die fiunt, nihilominus tamen morbum soluunt. Hinc est quod infrā dixerit: Quibus in fe- bribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur. at h. 63 *bus ius scđ.*

### ANNOTATIONES IN GA- leni Commentarios.

In primo libro Epidemiōn.) Sectione scilicet 2. const. 2, Paulo ante.) Nempe Cōment. 22. In prognostico.) Sci- licet lib. 3. Apho. 4. In hoc ipso Aphorismorum lib.) Sect. 2. Apho. 24. In primo Epidemiōn.) Sect. 3. in fine. Vel non firmiter, &c.) Græcè, ἡδὲ βεβαιάν, νοίσιμον δηλούστι, ἐπι- φέροντα, ἀλλὰ ὡσεὶ ἔργον ταῦτα ποιάζειν, οὐδὲ μακρῷ ἐμ- πιῆσθαι κρόνον, vel non firmum iudicium afferre, sed ut fa- cilè sit fieri recidiua: vel in longum tempus incidens: non autem incidentes, ut Musa conuertit. Neque enim ἐμπίῆσθαι refert ἥγεα, sed νοίσιμον, ut sit accusatiuus singularis. Cæ- terum notandum hoc loco erit, firmam, fidam, certamve iu- dicationem esse, quæ nunquam redit. Et contrā infirmam, *mum.* infidam ac incertam, quæ cum morbi recidiua sit. Testis Ga- lenus qui libro 1. de Diebus iudicatoris ita scriptū reliquit: ταῖς οὖστι βεβαιάκει ἀσφαλής, οὐ μηδὲ τι ἐπανδρόχομενος ἔται ταῦτα ποιάζει. Cum casibus.) Græcè, καὶ μετὰ συμ- πτωμάτων δὲ εἰς τὸ τε χαλεπῶν, εἰ ἐκταῦα γίνεται, accidit ve- ro interdum cum difficilib. symptomatis, si progogetur. Que duo extrema verba nō recte præteriit interpres, ut ex Græ-

## IN HIPPOCRAT. APHORIS.

cis liquet, & alio quodā Galeni loco, lib. nimirum 3. Prog.  
Comment. i. hunc planè explicante, vbi ita inquit: Intercidit quādoque sextus, qui malè iudicat, propterea quod symptomatis difficiliorib. interdum faciat excidere iudicationem in ὑπέκυροις nominatam: quia iudicatio ultra debitum prorogetur tempus. Non enim integrè discutit morbū, sed imperfectè. Et si quando integrè, prorsus efficit recidi-  
**ὑπέκυροις.** uam. Quapropter rectissime diem sextum Galenus lib. i. de  
**Dies sexti** Dieb. decretoriis tyranno comparat, dicēs: Nullus enim in  
**tus tyrant** no colla- hoc die iudicatur morbus, nisi cum difficilib. symptomatis,  
**no colla-** & periculo maximo, ad hæc absque fide, imperfectè, obscu-  
**re.** re, sine signis, & ad malum. Cæterum quæ sit infida iudica-  
**Imperfe-** tio, paulo ante diximus. Imperfeta quidem est, quæ ex mor-  
**cta iudi-** bo aliquid reliquit. Obscura, quæ citra excretionem vel ab-  
**catione.** scessum sit. Sine signis, quæ à nullo priore die est indicata.  
**Obscura.** Mala, quæ in ægri perniciem omnino definit. Ipsorum au-  
**Sine si-** tem causas.) Nam quum omnes iudicationes in dies inter-  
**gnis.** cidentes trāslatæ nobis suspectæ esse debeant, quod scilicet  
**Mala.** idipsum non fiat nisi propter errata quædam interuenien-  
**Diei sex-** tia: maximè certè diei sexti iudicatio nobis suspecta sit opor-  
**ti iudica-** tet: quod is, vt ait lib. i. de Dieb. iudicatoriis Galenus, perni-  
**tio suspe-** cie illius quem iudicandum suscepit, lætetur, de salute vero  
**cta.** eiusdem tristetur, male denique ægrum tractet, & longa pu-  
**Iudicatio-** nitione exerceat. Quapropter quū iudicationes in dieb. in-  
**ntes inter-** tercidentib. non fiant naturæ motu, sed morbi potius mali-  
**cidentium** tia, aut errore aliquo interueniente, male ut sint necesse est, que madmodum suprà in explicatione Aphorismi 23. sect.  
**dierū ma-** 2. diximus paulo copiosius. De iudicatoriis diebus.) In Al-  
**læ.** dino codice legitur, ἐν τῷ πρίτῳ τῶν πόρινοις οὐδεμίων. in tertio  
de iudiciis. Verum quum illic nullam fieri dierum iudicato-  
riorum mentionem constet, censio cum interprete esse po-  
tius legendum ἐν τῷ πρίτῳ πόρινοις οὐδεμίων. Quū  
autem in i. etiam libro Dierum iudicatoriorū plura de dieb.  
decretoriis habeat Galenus, præstat ut simpliciter legamus  
ἐν τῷ πόρινοις οὐδεμίων οὐδεμίων, in lib. de dieb. iudicatoriis.

## APHORISMVS XXX.

Οἰόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, οὐδὲν ὥρην ἀφῆσθαι πυρεῖς, εἰς τὸν αὔριον τὸν αὐτὸν ὥρην οὐ λάβει, μέσον τα-

Quibus

Quibus accessiones fiunt, si febris, quacunque hora dimiserit, eadem postero die inuaserit, iis difficulter soluitur.

**H**ic Aphorismus ad artē quā futura prædictit pertinet, quippe quā febres futurāe sint longāe, quāe itē breues, ex hora qua accessione ipsa inuadit, ostēdit. *Initium accessionis* fiderandum esse monet. Si enim eandem semper horam initium eiusdem seruauerit, tum febrem illam difficulter solutam iri censendum. *Δύσκριτος* enim hoc loco, Galeno in *Cōmētariis* teste, non significat nisi *Δύσλυπος*. Quam interpretationē etiam Philotheus sequitur, dum inquit, *Δύσκριτος*, *Δύσκριτος οὐ μηνύεται πόνοιμα.* Causam Galenus in *Commentariis* exponit, ut non sit necesse nos in huius Aphoristai narratione esse longiores.

### ANNOTATIONES IN GALENI COMMENTARIOS.

Horam habentibus initij accessionis, &c.) Græcè, *τῶι μάταιοι ἐχόντων τὴν ὥραν τὸν ἀρχῆς τοῦ ταροξυσμοῦ*, iis qui habent inordinatam initij accessionis horam. Ostendere, *Interpretationē tamen.*) Non recte hanc sententiā interpretes conuertit. *in lapsus.* Quippe post verbum ostendere, finiēs sententiā colon esse debet, ut subide noua sequatur, hec scilicet, *δύσκριτος οὐ δύσλυπος*, &c. neque etiā hāc vocē dyscriton aliter possumus interpretari, &c. Vim demolientē.) Græcè, *μοχλοί αἱ γάρ εἰς ὅραι ποιοῦσι τις ἴχυρας θεῖ τοῖς ἐσθετικούσι.* validiore enim, ut sic dixerim, cōmotione iis que stabilia sunt opus est.

### APHORISMVS XXXI.

*Τοῖσι οὐ πώλεσιν εἰ τοῖσι τυρελαῖσιν εἰς ἀρθρού,*  
*καὶ πάρα τὰς γνάθους μάλιστα, ἀρσάσιες γίνονται.*

In febribus in quibus lassitudinis sensus est in articulis, & in buccis præcipue, abscessus fiunt.

**H**ippocrates in hoc Aphorismo docet quib. potissimum in febrib. abscessus fieri solent, nempe in iis quib. lassitudinis sensus inest. Sic enim vocem *κοπωθεσιψ* libro 2. cap. *κοπωθεσιψ* septimo interpretatus est Celsus dicēs: Si lassitudinis sensus *φένει τούτη* in febre est, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abscedit. *Ετοι.*

## IN HIPPOCRAT. APHORIS.

Nec aliter infrà Comment. 33. exponit Galenus inquiens, ὅταν οὐ πυρετοῖσι καπιέθης αὔσθησις, quādo in febribus lassitudinis sensus fuerit. Cæterū sensus is lassitudinis, est eius Sēsus lassitudinis. quæ vel ex pluribus motibus qui præcesserunt est genera-  
ta, vel eius quæ citra hos accidit. Siue autem ab externo aliquo, atque adeò manifesto motu, quem quis initio febris sustinuit, siue sponte & citra laborem aut motum aliquem acciderit lassitudo in febribus, abscessus necesse est fieri in articulis, hoc est iuncturis totius corporis, non tantum manuum & pedum. In spontanea enim lassitudine latiora articulorum spacia promptè in se vitiosorum humorum redundantiam causæ in suscipiunt. In non spontanea autem lassitudine fiunt ideo abscessus in articulis, quod lata sunt spacia, & motu excalefacti excrementa corporis attrahant. Præcipue vero in iis febribus abscessus sunt in buccis malisve, triplici de causa. Primò propter calorem febrilem, quæ multitudinem humorum secundum sursum defert. Dein propter materiam, quæ magna ex parte tenuis est, adeò ut & vi caloris suaque sponte promptè superiora petat. Tertiò, quod malæ buccæ sive sunt admodum imbecilles, neque àntque ad alias corporis partes excrementsa ipsa propellere. Buccæ autem, quas Hippocrates aliquique Græci γνάθος nominant, sunt latera oris utrinque quæ spiritu tento inflantur. Latinis malæ etiam dicuntur. Hæ bellæ coloratis & ingenuis, pudore perfusis, rubent. Quare interpres γνάθος perperā maxillas conuertit. Sunt enim maxillæ partes infra buccas, ossa nimirū quibus dentes infiguntur, Græcis σταγόνες & γέννες appellantur. Quod autem abscessus Latinis significet, in cap. 41. Compendij nostri exposuimus.

**YVĀTHOS.**  
**Buccæ.**  
**Malæ.**  
**Maxilla.**  
**σταγόνες.**

## ANNOTATIONES IN GA-

leni Commentarios.

Dictum prius.) Sectionis 2. Comment. 5. Proprie labores nominantur.) Græcè, ιόπται. lassitudines. Sic passim in huius Aphorismi Commentariis, pro laboribus dicendum erat lassitudines. Ex motibus.) Adiiciendū pluribus. Græcè enim est, ἀδίκηνόστι πλείστι. Proprium peculiare.) Græcè, ιδίην καὶ θεωρετον, proprium & peculiare. Ratiores in illis abscessus sunt.) Quib. scilicet laboris sensus non inest febribus. Circa maxillas.) Græcè, ωργή τὰς γνάθος, circa malas.

Apho-

## A P H O R I S M V S   X X X I I .

Οὐδούσιοις μὲν αὐταῖς αμένοισι μὲν τῷ νόσῳ τῇ πονέσῃ,  
εἰταῦτα αἱ ἀρρώστιες γίνονται.

Quibus conualescentibus è morbis pars aliqua laborauerit, illic abscessus fiunt.

**H**Aec Hippocratis sententia ad præsagiendi artem pertinet. quod enim futurum sit iis qui vbi iam è morbo conualescunt, aliqua parte laborauerint, aut doluerint, docet. Fient autē abscessus in ea parte quę laborauit, aut dolet: utrūque enim ῥονώ verbum hoc loco, Galeno in Commētariis teste, significat. Causam eius ῥονώ. rei Galenus itidem in Commentariis suis exponit, vt nō sit opus nos in enarratione huius sententiæ esse prolixiores.

## A N N O T A T I O N E S   I N   G A -

leni Commentarios.

Sicuti prius dictum.) Sectione scilicet 2. Comment. 1. σ. & 16. Illuc morbum decūbere.) Græcè, καὶ σὲ κατασκήπτει μάποσηματα, illuc abscessum decūbere. Sicuti & caliditas maior.) Sicuti vox abundat. Græcè enim legitur, καὶ θερμασία πλείων ἀνάπτεται. Quomodo autē caliditas natura apta est Caliditas fluxiones attrahere, aut easdē recipere, Gal. peculiariter lib. 2. de Diff. feb. ca. 11. ostendit, vbi ex professo fluxionum causas exponit. Hoc.) Scilicet dolore. Atque imbecillitas.) Imbecillitas super- Quomodo imbecillitas ad laborantem partem trāsuehat su- uacuo um- peruacula, luculéter Gal. mōstrat lib. 3. de Naturalib. facult. cap. 12. vbi ita scriptū reliquit: Sicut inter se particulæ altera causa. nutrimentū trahit, ita altera in alterā quod superuacuum est à se deponit. Et sicut trahētiū ea vicit quæ erat valentior, sic & à se deponentiū. Est quæ hæc vocatariū fluxionū cau- sa. Habet enim particula quæque natuū quoddā robur, quo quod superuacuum est persequitur. Vbi igitur earum aliqua affectus cuiuspiam occasione imbecillior est redditā, ex omnib. in illam confluere quæ superuacula sunt, est necesse. Ea nāque quæcunque pars valentiss. est, in vicinas omnes repōnit. Earum rursus singulæ in alias quæ ipsis sunt imbecilliōres, dein rursus illarū singulæ in alias: idquæ eatenus lōgissime procedit, quoad ex omnib. fugatū superuacuum in unā quāpiam maxime imbecillarū procūbat. Hinc nāque in aliā